

I. N. f.

DISSERTATIO GRADUALIS

De

U S U,

Qvem ex

SCIENTIA NATURALI

in

EXERCITIO POTESTATIS

Suæ

IMPERANS

Capere potest,

Quam,

Consensu Ampl. Senat. Phil. in Reg. ad Auram Academ.

PRÆSIDE

VIRO Max. Reverendo acque Celeberrimo

DN. JOHANNE

BROWALLIO,

S. S. Theol. Doct. & Scient. Nat. Prof. Reg. & Ord.

Publ. Bonorum examini subiectis

SVENO RINGH

Wexion. Smoland.

Die XXIV. Novembr. Anno MDCCXLIV.

Loco horisqve convitetis.

---

ABOE, Excid. Joh. Kiæmpe, R. A. Typ.

Admodum Reverende atque Praclarissime

Dn. Mag. FABIANE N. GÜDSEE,

Urbis Fridrichshamnensis ARCHI-PRÆPOSITE Gra-  
vissime, Consist. Eccles. ibidem PRÆSES Dignissime

Scholarumq[ue] per districtum adjacentem  
EPHORE Adcuratissime,

PATRONE MAGNE.

Patere, Patrone Magne, ut hu De Uso, qvem  
Imperans, in exercitio potestatis suæ, ex Scien-  
tia Naturali capere potest, cogitationulas Adm. Rev.  
Nomini Tuo adscribam. Licet enim temporis angustia,  
reique familiaris tenutas intra nimium arctos cancellos  
tractationem colgerint, commendat se tamen argumenti ipsi-  
us dignitas; & animum mibi addit Tuus, Patrone  
Magne, in literarum cultores Favor; imprimis autem Bene-  
volentia non ita pridem erga me declarata, quum fortunes  
meas, plurimis huc usque obfessas erumnis, Tibi imposto-  
rum commendatas fore, licet promittere benignissime baut  
sis gravatus. Accipit igitur, Patrone Magne, hoc quod of-  
fero munuscum chartaceum, fronte serena, & Auctorem  
ejusdem in clementum Tuorum numerum adopta. Meatum  
erit partium calidissimis suspiriis efflagitare, velit Summis  
Rerum arbiter Te, Patrone Magne, in Ecclesia commo-  
dum, Familiæ volatum, Clientumque Tuorum refugi-  
um desideratissimum quam diutissime conservare, & omnigena  
beare (eli) scate!

Adm. Reverendi Nominis Tui

Cultor humilissimus

SVENO RINGH.

Viro Admodum Reverendo atque Preclarissimo

Dn. GABRIELI KEPPLERO,

PASTORI Pojoënsium & adjacentis Contractus PRÆ-  
POSITO longe meritissimo, adcuratissimo, FAUTORI A-  
vunculi loco singulari animi veneratione ad cineres  
usqe colendo.

Plurimum Reverendo & Clarissimo Viro.

Dn. JACOBO SIEVONIO,

PASTORI in Karis dignissimo FAUTORI Propensissimo.

Façnos Vestros, Fautores optimi, ornat Probitas, ea vir-  
te Integritas, ea in demandato manere exornando vigilans,  
eaque in literas etiamque cultores favor atque animi propensio,  
ut omnium, qui vel tantillum Vos noverint, ore unanimiter  
collaudentib*h* atque honoremini. Per annum, & quod exurrit,  
tot tantaque etiam in me contulisti beneficia, ut ingratis ani-  
mi noçam non effugerem, si vanerabundus ea non agnoserem. Li-  
ceat itaque, Fautores Dignissimi, Nomina Vestra epella huic,  
intra Penates Vestros conscripta; praesigere, ut non modo pu-  
blicas Vobis, pro beneficiis in me collatis, agam gratias, sed  
etiam debitam declarem, qua Vos prosequor, reverentiam,  
et ora que ex intimis animi recessibus pro Salute Vestra fundam,  
velit Summus Universi hujus Moderator reverendam Senectam  
Vestrarum omnigena prosperitate coronare, ut ab omni mala &  
infortunio tuti satique vegetu viribus bene matram adhuc an-  
norum numeris seriem, & DEO, Ecclesiæ, Familiisque Vestris  
vigantis diutissime!

Adm. & Plur. Rev. Nom. Vestr.

Cultor observantissimus  
SVENO RINGH.

GÅNGE · EGD

DÅ

CANDIDATEN


Herr SVEN RINGH,

Med stort Beröm

Pro Gradu Magisterii Disputerade.

**H**em twifflat väl, at Lårdom är de Lårdas Mästersycke?  
Hvem önskar sig ei vara Lård, och harva detta smycke?  
Ty fast än mången Lårdar Man tycks lyckan vara svår,  
Så tror jag doch then lycklig är, som väster Lårdom vär.  
Han har för andra det beröm, att namn af flöder hära,  
Han andra både Godt och Rätt och Nyttigt båst lax lära,  
Och den som hafwer lagt sin tid på nyttig Lårdom an,  
Man sällan hafwer klagat börd, at han ei lycka fann.  
Doch tages undan alla de, som bruks Lårdom flödanna  
Med murneri och sådant mer, hvarmed de följet strämma;  
Ty häller jag en Lårdar Man, sem Dýgden hafwer lärt,  
I högge wärde, än en an'n, som eren eschi bär.  
Gödenstal blir min fasta Gåz, en Lård må dubbelt åhra  
I verlden, när han dygdig är, af hvor och en upbåra;  
Mi hafwe här en dygdig Man, som af sin quickhet stor  
Vn andra gången misar os, hvad Lårdom innebor.  
Mi Thes Lårdoms snälla Wett jag wet at mi få spörja,  
At han är wälförtienta Lohn os får til fagnad böra.  
Min önskar attid är och blir, som den ock varit har,  
At han sit löslos och må väl i alla sina da'er!

AND. BOTIN.



## PROOEMIUM

**H**ominem in hanc tellurem missum esse, non ut otiosus ibi hæreat, sed ut & mundum contempletur pro suo in eodem situ, & terram colat, omni prorsus caret dubio. Etenim & vixit atque viximus aliarumque necessiarum rerum acquisitio, adeoq; generis nostri conservatio præcipue nititur Naturæ cognitione, quam simul injungit naturalis religio; adeo ut in sphæra vitæ humanæ ea, qvæ tendunt ad cultum sui, arctissime conjunxerit divina Sapientia cum vi-  
ctus ratione atque subsistentia generis nostris neqve enim erga DEUM ut rationales erga Creatorem decet creatureas se gerere, neqve ipsi subsistere, nedum bene beateqve vivere sine naturæ cognitione poterint homines. Et in statu quidem Naturali socias ad hos finis obtainendum jungere manus nobis incurbit; quod facili ratione, duce intellectu nobis concessso, detegimus; Cum vero in societatem coimus civilem, novus ille status, tantum abest ut obligationem priorem, &, ut ita dicam, naturalem necessitatem naturam cognoscendi tollat, ut eandem potius augeat, opportunitatem que

**B**partibus nostris satisfaciendi meliorem nobis conciliet. Et quamvis membra quædam singularia videantur, sine ulla naturæ scientia, quæ illis in societate incumbunt præstare posse; tamen si ad totum reipublicæ corpus respexerimus, id tanquam magnam considerare possumus familiam, quæ naturæ penit in terræ portiuncula, quæ ipsi obtrigit incolenda, scrutari, detegere coque rite uti debet; licet ergo constitutio societatis civilis & officiorum ibidem multiplex varietas ab hoc studio nonnullos liberare videatur; basis tamen id ipsum est & fundamentum, cui felicitas publica procul dubio superstrui debet. Nec profecto ullus status, ullum in republica munus est, quod omni prorsus naturæ cognitione carere potest; quin vel primam constitutionem & formam, ad quam adornatur, aliquatenus eidem debeat, vel pulchritus a naturæ perito administretur. Quam vero hæc scientia civitatum Rectoribus, qui naturæ convenienter eotam Regni familiam administrabunt, præstare poterit utilitatem, in præsenti dispicere animus est. Sed cum & tenuitas ingenii & rerum nostrarum habieus vetet argumentum hoc pro dignitate tractare; veniam B. L. summopere exspectimus, si minus quæ prolaturi sumus placere potuerint.

### §. I.

**H**ominis in societatem civilem coēunt propter communum, securitatem & salutem communem; Lex quidem naturæ, quæ omnes terra incolas inter se invicem sociat, etiam in statu naturali obtinet; sed multo facilitius istam redditur executio, constituta civitate & parenti atque imperandi ordine introductio. Imperans autem dicitur persona una pluresve, cui concessum

3

sum est jus & potestas, Legi Naturæ convenienter, a-  
ctionis civium ita dirigendi, ut publica obtineatur fa-  
lus. Pacta quæ rationem atque formam administratio-  
nis reipublicæ ad oqve totum ambitum potestatis hujus  
ejusdemque exercendi modum exhibent, jus, qvod di-  
citur, publicum constituunt. Cujus ad sapientem consti-  
tutionem quantum conferre poterit solida naturæ cogni-  
tio, non hujus loci est disquirere; qvotamen ad nego-  
tium eo majoris esse eisdem utilitatis facile qvis  
judicaverit, cum systema totius civitatis inibi contineatur;  
qvod eo censendum est perfectus, quo ad naturæ or-  
dinem accesserit proprius.

### §. II.

**D**uplicis statuunt communiter Scriptores Imperantie  
potestatem esse generis, qvorum alterum circa  
leges ferendæ, alterum circa executionem eorum, qvæ  
decreta sunt, versatur; communique loquendi modo  
*Legislativa & Executive* potestatis nomine veniunt. Ha-  
rum utraqve haud vulgarem Naturæ cognitionem policit,  
Etenim, non tantum lex Naturæ, qvæ civilis funda-  
mentum est, ex natura rerum eruitur; qvippe qvæ fines  
divinos, qvod nostram vitæ sphæram in mundo con-  
cernit, explicat; sed etiam fere nullus casus legalis est,  
in quem non aliqua naturæ cognitio influit; saltæ in-  
numerable sunt res naturales, qvæ legū materiam directe  
vel indirecte ingrediuntur, de qvibus nihil recte sanciri pot-  
erit, nisi naturam earundem probe perspectam habuerit Le-  
gislator. Et, qvod ad executionem attinet, neqve in  
applicatione legis sita versabitur Judex, nisi fundamen-  
tum ejusdem intellexerit, & adcircumstantias casuum  
specialium adcurate attendere poterit; qvarumne natu-

**A**re solida cognitione derivatur, ut etiam ipsius sepe fundamenti, intelligentia. Imo & in ipsa proprie sic dicta executione frequentius vel maxime naturam rerum singularium cognoscere opus est. Non enim natura legibus easque exsequendi libere adoptata rationi, sed leges & earundem executio naturæ adtemperanda est.

**§. III.**

**A**ntea vero quam ad specialia magis accedimus, monendum esse duximus, quod denominationem Naturalis scientiæ hic in latiori accipiamus sensu; quantum etiam histriam naturæ, non adiuratiorem tantum, sed etiam simplicem, imo quoque rudem complectitur; Licet & illud addere debeamus, quod nultum intersit, an in satis casibus natura rerum adiurate perspecta sit vel secus; qui rudi tantum gaudet cognitione, negotium quidem quodammodo perficit; sed qui penitus naturam intellexerit & nexus rerum in sphera nostra, multo & judicabit melius & ager.

**§. IV.**

**C**larior assertum patebit, si oculos & animum ad abjecta, circa quæ versatur duplex hæcce potestas, intendere voluerimus curatus. Et quod ad Legem Civilem, strictè sic dictam, Allundina legem, attinet; quippe quæ jus & justitiam præcise concernit; quales causis patris Idiomate (Justitia, mali) nuncupantur, possunt quidem ea sufficere, quæ s. a. attulimus. Notamus tamen adhuc quod Legislator hic hominum naturam, genium ac indolem, idque, non tantum in genere sed etiam in pluribus casibus quoad singulas provincias, imo & territoriorum, sibi probe prospectam habere debeat; speciales circumstantiaz, &c., ut ita loquar, varius naturæ habitus,

fus-

5

fundamentum præbet differentiæ, quæ inter variarum regionum, urbium, provinciarum leges obtinent. Et facile quidem est pluribus ex lege civili patriæ allatis exemplis usum hoc in puncto Physicae monstrare, si id permitteret proposita brevitas.

### §. V.

**P**ergitus ad Leges Oeconomicas, quas in solidum Naturali Scientiæ, tñquam genitrix basi, inniti, in confessio esse credimus. Dispelei autem solet Oeconomia in publicam & privatam. Ad publicam, quæ imprimis hujus est loci, pertinet cura Principis circa omnem privatam Oeconomiam, ut civium bona augentur, cum publici emolumento, publici redditus colligantur & crescant sine civium incommodo, atque in usus rite dispensentur necessarios. Neque vero tantum ad prudentiam hoc in punto Legislatoriam conductit Naturalis Scientia, sed etiam in executione utramque facit paginam. Cum vero benevoli Imperantis potestas hic in privata Oeconomia rite ordinanda occupata sit, ejusdem quatuor summa genera, quæ totidem columnas constituant floris Reipublicæ, Agriculturem, Fabricas & Commercias currenti lustrabimus oculo.

### §. VI.

**A**gricultura hic tam late accipitur, ut omnem comprehendat rem rusticam; quæ victui & amictui necessaria tantum non omnia præbet; ad instituendam autem rite atque perficiendam cultionem agrorum, horitorum, viridarium; rem deinde pecuariam; venatoriam, piscatoriamque artes &c. victusque demum ac amictus ex proprio rationem, quanti quælo usus est

Botanica, Zoologia, Minerologia, Chemia, Mechanica  
aliæque Naturalis scientiæ partes; Neque sperandum est  
rudem plebeculam, sibi relictam, suum & publicum  
bonum in solidum promoturam, nisi accesserit sapientis  
moderatio & provida Imperantis cura, præmia denique  
ac immunitates industriis ac diligentibus prudenter  
proposita.

### §. VII.

**R**es Metallicæ rectum usum complectitur primario-  
rum Regni Mineralis subjectorum, quæ patria sup-  
peditat tellus; inque ea conspicitur applicatio & utili-  
tas imprimis studii Mineralogici; pertinet etiam hoc  
Chemiae primaria pars, quæ Metallurgica dici consuevit.  
Poscit præterea haud exiguum in Physica Generali ac speci-  
ali cognitionem; Mechanicam, Hydrostaticam, Hydraulicam  
&c. scientiam; ut ea, quæ ad Oeconomiam stricte dictam  
Metallicam influunt, taceamus. Hæc autem, quæ sal-  
tem apud nos latissime diffunditur, victus querendi &  
opes aeqvirendi ratio, peculiari prudentia tam Le-  
gislatoria quam Executoria opus habet; quæ nego-  
tii ipsius haud proletariam præsupponunt cognitio-  
nem.

### §. VIII.

**S**uccedunt Artes & Fabricæ, quibus plurimum nititur  
spes, quam foveamus, floris reipublicæ. Et hic qui-  
dem totius Naturalis scientiæ utilissima applicatio per-  
spicitur; non dico quod Imperans singulas necesse ha-  
beat pernoscere artes; opus tamen est, ut Magistratus,  
quibus carundem cura demandata est, fundamenta sin-  
gularum Physica & Oeconomica, ito quoque ratio-  
nem carundem cognoscat. Unde quantam & hoc in  
punc-

7

puncto Physica Legislatori & Executori præstet utilitatem facile intelligitur; idem exemplo confirmant Polhemiana ad perficiendas artes utilissima inventa & cogitata. Ita artes manuariae, sive materias respexeris rudes, sive exercitium artis, si non inventionem & progressum, tamen perfectionem Physicæ debent; productiam grata quasi remuneratione vicissim plurima, si eadem eruditi curare vellent, ad perfectionem scientie conferre paratæ sunt.

### §. IX.

**C**ommereis demum tam arcto cum prædictis acquirendi nō odis originariis cohærente nexu, ut eadem recte moderaturus necessario horum adcuratiorem notitiam habere debeat. Requiritur hic insuper regionum aliarum cognitio, quo aut exportandæ sunt patriæ superflua merces, aut inde necessaria comparanda. Accurata præterea, quæ hue pertinet, docimassa & practica falsationum historia, Physices potissimum ope adquiritur. Multum deinde profecto patriæ interest, ne emantur ab exteris ea, quæ patriæ p̄nu suppeditat, vel domestica præstare poterit industria. Sola rei monetariae recta institutio multum cognitionis requirit. Ut brevitatis causa innumerâ fere alia, ad eruditionem mercatoriam pertinentia prætereamus.

### §. X.

**S**unt etiam alia, quæ ad recte instruendam reipublicæ Oeconomiam publicæque salutis promotionem pertinent, quibus rite ordinandis cognitione naturæ opus est. E. G. Medicina, cui muleum solatii debet vita humana; Institutio deinde Juventutis, unde spes dependet futurorum temporum; de qua tamen nihil reste

cte ordinabit naturæ ignarus; Etenim, si recte instruetur Juventus atque ad partes in patria cum emolumento ejusdem obeundas eruditetur, naturalis methodus adhibenda est, in qua sapiens Physicae studium, utramque pâne facit paginam. Neque enim lingvarum cognitio & quod ad eam pertinet, ad eruditionem referri potest; sed, quantum præter Theologiam revelatam eruditiois est, historia naturæ propriæ rerum que extra nos nituntur. Addimus, quæ sumuntur in perantem proxime concernit, curam circa munera & negotia omnia reipublicae, ut optimis eadem & nazare industriis concedantur; haud enim parvus in naturæ cognitione progressus requiritur ad explorandum cuiusvis aptitudinem, præsertim ad ea munera, quæ Naturæ scientia in solidum nituntur.

## § XL

**N**eqve in foro Ecclesiastico atque earum, quæ illuc spectant, retum dispositione inutilis erit Naturæ scientia; *Gerb. Job. Vossius* in *Præf. Physiologiae Christianæ* tria esse dicit, quæ ad probitatem & sapientiam ducere possunt, *Physicam*, *Historiam* & *S. Scripturam*; h. e. Naturam, Providentiam, Revelationem. Et maximi profecto usus in religionis negotio Physica est, tum ad refutandos Atheos, Deistas, Materialistas, Superstitiones &c, tum ad excitandum mentes ad pietatem & glorificationem Creatoris; tum etiam in Theologia Exegética, Polemica, Homiletica, praxi Pastorali &c, ut prætereatus alia officia, quæ patriæ & conciibus praestare poterit sacerdos Physicae imbutus scientia & quantum etiam hic ordo ad Oeconomiam patriæ perficiendam conferre possit; sufficit reverentiam.

Naturis, Principe præiente & monitore, ut in aliis,  
ita in Naturæ contemplatione, sc̄illime subditos addi-  
scere; id quod primarium est inter negotia, qvæ gene-  
ri in hac tellure incumbunt humano, ex operibus nosse  
sumnum Opificem eundemque colere.

§. XII.

**O**ptime vero constituta respublica ut floreat con-  
stanter, necesse est provideatur ejusdem securita-  
ti ab externa vi & malorum vicinorum insultibus.  
Qvæ ipsa cura, Imperanti propria, novum nobis aperit  
eundemque latissimum campum utilitatis ex Naturæ Scis-  
entia capienda. Si enim ineunda sunt fœdera, illo-  
rum utique optimum est systema, quod cum Oeconomia  
patriæ maxime congruens, fundamenta ponit floris  
republicæ; proinde & hic eadem Physicæ necessitas, quam  
in Oeconomia ordinatione observavimus, recurrit. Si  
vero vi repellenda fuerit vis, totus apparatus bellicus  
singulari pacto Naturali scientiæ inititur; Militis enim  
conservatio, atqve in penuria necessiarum sustenta-  
tio, Architectura deinde militaris, Pyrotechnia &c,  
plurimum Physicæ debet; Nec minus Navalis Militia  
qvam Terrestris. Qvod argumentis infinitis & exemplis  
probare possemus facile; Sed nobis tantum summa re-  
rum capita hic, ut in præcedentibus, sufficiat indigita-  
se, cum prolixitatem non patiatur rerum nostrarum  
habitus & temporis angustia. Qvod si nos satis hisce  
demonstratam esse qvis credidit Physicæ utilitatem; ex-  
uat, qvælo, mentis abstractione, rempublicam illis o-  
mnibus, qvæ diligentia Naturæ studiosorum accepta  
refert, & remanebit eo in casu societas miserrima,  
qvæ ne subsistere quidem per triduum poterit.

**E**X his omnibus, & quæ alia ejusdem commatis sunt,  
curam Imperantis potentia, exsurgit tandem Scientia  
quædam Architechtonica, quæ nexum atque systema  
omnium rerum exhibet ad constitutionem & florem  
reipublicæ pertinentium. Hæc singula justa ponderat  
lance, & pro habitu ad felicitatem disponit atque exse-  
qvitur; eademq[ue] summi Imperantis genuina scientia  
est; quæ non specialissimam qvidem singularium cognitio-  
nem in Augusto subjecto reqvirit; qvippe quæ hominis  
vires excedit; satis tamen monstrat utilitatem, quam es-  
iam summus Imperans ex Naturali scientia in exercitio potest  
strenuus et modis sua capere potest.

SOLI DEO GLORIA.

